Conceduntur Rev.o Dño Michaeli [illegible]
Facultates ſequentes in Diſtrictu
exercendæ, ad [illegible]
Anno 1791

1. ADminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, & omnia munia Parochialia exercendi.

2. Abſolvendi ab Hæreſi, & Apoſtaſia a fide, & a Schiſmate, & ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, etiam in Bulla cœnæ contentis. Nunquam tamen abſolvendi complicem ſuum a quolibet peccato mortali exterius commiſſo contra ſextum præceptum.

3. Diſpenſandi cum Clercis in irregularitate quam incurrerint ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario.

4. Diſpenſandi ex rationabili cauſa, & commutandi vota ſimplicia in alia pia opera, exceptis votis Caſtitatis & Religionis.

5. Diſpenſandi in quarto gradu Conſanguinitatis & Affinitatis ſimplici, vel mixto cum tertio, quoad matrimonia contrahenda; ſed inter Catholicos tantum; et dummodo mulier rapta non fuerit, vel in poteſtate raptoris non exiſtat; & quoad matrimonia jam contracta etiam in tertio gradu ſimplici, vel ſecundo & tertio mixtis, cum iis qui ab hæreſi vel ab infidelitate convertuntur ad Fidem Catholicam, ſi utraque pars convertatur.

6. Reſtituendi jus petendi debitum conjugale, quando ex aliqua cauſâ amiſſum fuerit.

7. Benedicendi paramenta, & quicquid ad uſum altaris pertinet, ubi non intervenit ſacra unctio.

8. Concedendi Indulgentiam plenariam primò converſis ab Hæreſi; & fidelibus quibuſcumque in articulo mortis, ſaltem contritis ſi confiteri non poſſint.

9. Diſpenſandi quando expedire videbitur cum Pœnitentibus ſuis ſuper eſu carnium, ovorum & lacticiniorum

lacticiniorum, tempore jejuniorum & præsertim Quadragesimæ.

10. Tenendi & legendi libros hæreticorum & infidelium de eorum religione tractantes ad effectum eos impugnandi.

11. Recitandi Rosarium vel alias preces si breviarium secum deferre non possint, vel divinum officium, ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeant.

Dat. Londini die 8 Sept. 1789. JB...s ...

Prorogantur ad finem anni 1793

Datum Londini +Joannes Centuriensis V.A.

die 15 Dec.bris 1791

Prorogantur ad revocationem Idem

Londini die 24 Decembris

1793 +Joan. Douglas V.A.

BRITISH MUSEUM